



Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem, ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

19. Veram esse gratiam quam post fidem dari volunt ex Cassiano & præsertim ex Porspero, Hilario, & Augustino latè demonstratur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13650

impensus, condignus esse non poterit, qui hac industria sua merito vel laboris obimeat. Nunquam enim divinum munus, labor proprius, de manave compensabit industria, nisi desideranti divina fuerit miseratione concessum. Ecce nec tanti labores juxta Cassianum condigni sunt puritatis premio, hoc est, ut ibidem exponit, ut quis carnalibus vitis emundetur: quod nihil est aliud quam id quod Massilienses apud Hilarium dicunt, ut a suo morbo sanetur, & totius sanitatis consequatur effectum. Quam doctrinam iterum iterumque, in eodem libro Cassianus repetens, nec in Davide vult laboris equiparasse merita ad indulgentiam tanti criminis obviendam: neque nos equiparante nostra voluntatis industria tam arduam integritatis (hoc est castitatis) culmen subvulgata carne conscendere. Nec ullam cordis correctionem ad capeffendam castitatem esse condignam. Item rursum: Petitionem & inquisitionem & pulsationem nostram non esse condignam, nisi misericordia Dei id quod petimus dederit. Vides quanto studio condignitatem Cassianus orationibus nostris & meritis aufert. Nempe quod nimis infirma sint vires hominis ad animae sanitatem sive virtutes sibi comparandas, & conatus nimis exigui ad ista tam alta praemia ex condignitate promerenda. Unde restat, ut, sicut ipse loqui solet per Dei gratiam, clementiam, misericordiamque tribuantur. Quod

Epist. ad Aug. initio.

Lib. 12. inf. c. 11.

Cap. 14.

si vero forsan alicubi etiam ejusmodi phrasis occurreret qua homo Dei gratia dignus fieri diceretur, non aliter id accipiendum foret, quam si gratiam nos mereri posse dixissent. Neque enim apud antiquos Scriptores dignitas illam rigorosam Scholasticorum condignitatem semper denotat. Nam Celestius dignitatem & meritum pro iisdem accipit, cum dicit, gratiam secundum merita nostra dari, quod statim exponit, ut ea siamus digni vel indigni. Et Augustinus videtur insinuare quod dignum esse gratia minus aliquid sit, vel certe non majus, quam meritum gratiae. An, inquit, aliud est dignum esse accipere, aliud secundum meritum accipere? Et potest aliqua subtilitate disputationis ostendere dignum esse aliquem, sed non mereri. Et infra: quantum ad me attinet ab hoc verbo (dignus accipere gratiam) facile transirem &c. Quod sane non fecisset Augustinus si Pelagius meriti gratiae fecisset mentionem. Ita satis indicat minorem, vel certe ut dixi non majorem esse faciendam difficultatem, si quis dignus accipere gratiam, quam si quis eam mereri diceretur. Sed usus vocabulorum istorum rigorosus & scholis proprius, nunc est alius secundum quem absurdum est antiquorum locutiones velle metiri.

Lib. de gest. Pelag. c. 14.

Cap. 17.

Veram esse gratiam quam post fidem dari volunt ex Cassiano, & praefertim ex Prospero, Hilario & Augustino late demonstratur.

CAPVT XIX.

POSTquam de actibus meritorijs, quos Massilienses in humana potestate posuerunt satis disputatum est, nunc de praemio pauca dicenda sunt, hoc est de illa gratia, quam suis operibus a Deo retribui docuerunt. Videntur enim nonnulli dubitare an veram illam Christi gratiam intellexerint, quam passim adversus Pelagianos Augustinus inculcat. Putabat enim Cassianus nullius esse meriti & laudis opus, quod Deus in homine per gratiam operatur. Nullus enim, inquit, laudis esset ac meriti si id in eo Christus quod ipse donaverat praeberet. De Centurione loquitur de quo Christus dixerat: Non inveni tantam fidem in Israel. Et similiter de Abraham in eodem loco dicit: Non illam fidem, quam et Dominus inspirabat, sed illam quam vocatus semel atque illuminatus a Domino per arbitrij libertatem poterat exhibere, experiri vult divina iustitia. Unde, inquit nonnulli, videtur omnibus commune fuisse erroris principium, scilicet, quod si vera gratia interna qua voluntas interior roboratur, & quam Divus Augustinus cum alijs Catholicis assererat, ad opera meritoria esset necessaria, everteret libertatem.

Cassian. Col. 13. c. 14.

Matth. 8.

Contra disp. 4. de act. supern. dub. 5. n. 92.

Sup. c. 10. Lib. 7. de Hist. Pelag.

perspicuum est. Nam in eadem illa Collatione in qua fidei quam Deus dederit omnem laudem tollit, ac meritum asseveranter tradidit, ac saepius repetit nonnullis etiam non omnibus, bonae voluntatis principia inspirari. Quibus, inquit, manifeste colligitur non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium, qui nobis & initia sancta voluntatis inspirat & virtutem atque oportunitatem, eorum quae recte cupimus, tribuit peragendi. Quam Cassiani definitionem Catholicissimam Prosper vocat: quamvis postea ea quod generaliter asseruerat, non in omnibus omnino, sed in quibusdam tantum verum esse velit. Nam saepe in ista Collatione docet, nonnunquam Deum bonas voluntates de dura cordis nostri silice excutere: in corde plantare: desideria inspirare, nonnunquam vero nostro conatu emergere, scintillamque bonae voluntatis emicare. Sed illa ipsa exceptio manifestissime probat, Cassianum veram gratiam donatricem, plantatricem, inspiratricem bonae voluntatis agnovisse, & facile cum libertate conciliasse. Sic accepit Cassiani doctrinam Divus Prosper & liberi arbitrij gratiaeque concordiam cum expressisse sine ulla ambiguitate testatur. Cum enim illa superius citata verba protulisset, ita statim subijcit: Hic ne quis putaret non superesse, quod per lib. rum ageretur arbitrium non

Cassian. Col. 13.

Lib. cont. Collat.

Collat. 13. c. 7. & 8. &c.

Ibid.

Z.

ITTATIONE

irrationabiliter adiecit, quo probaret, non auferrit illud his donis, sed potius roborari, nisi revolutum ad iniquitates suas ab auxilio Dei se malit avertere. Et continuo Cassiani verba subnectit: *Nostrium est ut quotidie attrahentem nos gratiam Dei humiliter subsequamur, ne dura cervice & incurvatis auribus resistentes &c.* ut sane neciam quid hominibus in mentem veniat, qui in tanta verborum luce contra clarissimam Prosperi autoritatem qui quotidie cum eis luctabatur, adhuc negare audent Cassianum nullam veram gratiam in operibus bonis agnovisse, & profundius ipso, se Semi-Pelagianorum secreta penetrasse præsumunt. Sed hæc eo spectant ut Semi-Pelagianos quam maxime denigrando, opiniones propriæ ab eorum placitis longissime discrepare videantur.

Quod ergo nullius laudis ac meriti putat esse Cassianus fidem quam Deus inspiraverit, non libertatis interitum iuxta sensum ejus à vera Christi gratia afferri probat, sed hoc tantum propter hujusmodi fidem bonamque voluntatem, non hominem, qui nihil de suo contulerit, sed Deum qui & ipsam credendi voluntatem & conatum dederit esse laudandum. Putat enim laudis ac meriti fontem esse conatum hominis, non quem ei inspirat gratia, sed quem homo pro sua se libertate flectendo addit aut subtrahit. Hoc & Prosper videtur observasse quando Cassiani sensum conjectans, dicit: *An dicendum est omnes quidem virtutes inter Dei dona numerandas, sed in illis hominem quas de proprio habuerit esse laudabilem? & ibi esse merita ubi Dei dona non fuerunt?* Nam per illam quorundam laudem Cassianus probare nititur alteram illam suæ doctrinæ partem qua docet, multos sponte credere, proprioque conatu bonas voluntates è corde proficere. Vnde ibidem Prosper: *Sic autem putasti de testimonio laudatæ fidei prædicium donis gratia posse generari: quasi fides ubi ostenderetur laudata, non doceretur esse donata.* Non ergo per hujusmodi donatam & inspiratam fidem liberum arbitrium tolli, putat Cassianus, sed laudem dumtaxat hominis, qui fide donata non proprio conatu expressa credit: eo quod non videatur in hominis commendationem posse redundare quod alius eum faciat credere. Quod existimasse Cassianum nihil mirum videri debet, cum in hodiernum usque diem illi qui discretionem credentis à non credente ad cardinem libertatis revocant, quæ gratiæ possibilitatis utatur aut non utatur, eandem querimoniam refricare non desinant.

Cont. Collat. 1. c. 36.

lib. 2.

lib. de prædest. 55. c. 3.

Prof in Ep. ad Aug.

lib. de prædest. 55. c. 3.

In Ep. Hil. ad Aug. & lib. expof. quarund. Propof. Epif. ad Rom.

lib. de prædest. 55. c. 3.

In Ep. Hil. ad Aug. & lib. expof. quarund. Propof. Epif. ad Rom.

lib. de prædest. 55. c. 3.

In Ep. Hil. ad Aug. & lib. expof. quarund. Propof. Epif. ad Rom.

lib. de prædest. 55. c. 3.

In Ep. Hil. ad Aug. & lib. expof. quarund. Propof. Epif. ad Rom.

lib. de prædest. 55. c. 3.

In Ep. Hil. ad Aug. & lib. expof. quarund. Propof. Epif. ad Rom.

lib. de prædest. 55. c. 3.

In Ep. Hil. ad Aug. & lib. expof. quarund. Propof. Epif. ad Rom.

lib. de prædest. 55. c. 3.

In Ep. Hil. ad Aug. & lib. expof. quarund. Propof. Epif. ad Rom.

petentem gratia Dei fovet: Quod ab his vita æterna apprehendatur, qui auxilium gratie merito credunt acis acceperint; quod libertas sua ob hoc Dei auxilio iuvanda sit, si quod Deus mandat, elegerit: quod prior sit obedientia quam gratia; quod voluntas hominis divina gratia sibi pariat opem, non gratia subiciat voluntatem: quod ideo quis adjuvatur quæ voluit. Nec minus perspicue Hilarius eos docuisse tradidit: *Non negari gratiam, si præcedere dicatur voluntas; adjuvari qui ceperit velle, non donari ut velit: & ita quidem adjuvari ut gratia non solum erigat prostratos, verum etiam suffulciat ambulantes: In Scripturis sacris eam commendari gratiam qua unusquisque post voluntatem iuvatur. Quæ omnia tam manifeste veram gratiam eos post fidem esse confessos cōvincunt, quam illam eandem ante fidem negaverunt. Eadem quippe gratia est, quam voluntati præponi nolunt, & quam voluntati postponi volunt: sive ut Prosperi verbis loquar, de qua dicunt, quod*

voluntas hominis divina gratia sibi pariat opem, non In Epif. autem gratia sibi humanam subiciat voluntatem. Aug.

Hæc autem non est gratia sive legis sive doctrinæ, sive prædicationis, sive liberi arbitrii, sive etiam gratia illa interna possibilitatis sine qua non, quam Adam habuit. Omnes enim istas gratias etiam ante credendi voluntatem tribui statunt, & libenter docent. Sed est illa quæ sola superest, gratia qua fit actio, seu gratia qua Deus operatur velle atque perficere: gratia per quam, ut ipsi dicunt, *ipsius fidei augmentum, & totius sanitatis sue consequuntur esse: sive per quæ denique accipiunt perseverandi virtus.*

Deinde non solum Augustinus Massiliensium errorem se tenuisse testatur, sed etiam ipsi Massilienses doctrinam illam quam in illa opinione constitutus tradidit etiam suam esse, & ut Hilarius dicit, *se acceptare & probare restantur.* Tunc autem certissimum est eandem prorsus gratiam assumpsisse Augustinum quam postea tota vita tradidit, sed hoc discrimine, ut eam Deus non nisi præcedenti voluntati credendi daret. Vnde Augustinus: *Videtur certe, lib. de prædest. 55. c. 3. quid tunc de fide atque operibus sentiebam, quamvis de prædest. 55. c. 3. de commendanda Dei gratia laborabam, in qua sententia istos fratres nostros esse nunc video. Et ut omnis tergiversandi auferatur occasio ipsimet Massilienses sententiam suam, sanctitatis tuæ, inquit Hilarius, disputatione antiquiore se probare restantur. Vbi eandem gratiam non minore veritatis perspicuitate docueris. In illa vero antiquiore disputatione, quam Hilarius ad verbum citat, & Massilienses probant, & Augustinus eorum sententiam contineri testatur apertissime dicitur: Quod Deus fidei præstat, ut bene operentur: quod Spiritus Sanctus non datur nisi credentibus: In Ep. Hil. quod Deus, non eligit opera quæ ipse largitur cum ad Aug. & dat Spiritum Sanctum, ut per charitatem bona operentur. Sed quod eligit fidem, quia videlicet, nisi quis credat & in accipiendi voluntate permaneat, non accipit donum Dei, id est Spiritum Sanctum per quem infusa charitate bonum possit operari. Quod Deus opera donaturus est. Quod, quem crediturum esse præscivit, ipsum elegerit cui Spiritum Sanctum daret, ut bona operando etiam vitam æternam consequeretur.*

lib. de prædest. 55. c. 3.

In Ep. Hil. ad Aug. & lib. expof. quarund. Propof. Epif. ad Rom.

lib. de prædest. 55. c. 3.

In Ep. Hil. ad Aug. & lib. expof. quarund. Propof. Epif. ad Rom.

lib. de prædest. 55. c. 3.

In Ep. Hil. ad Aug. & lib. expof. quarund. Propof. Epif. ad Rom.

lib. de prædest. 55. c. 3.

In Ep. Hil. ad Aug. & lib. expof. quarund. Propof. Epif. ad Rom.

lib. de prædest. 55. c. 3.

In Ep. Hil. ad Aug. & lib. expof. quarund. Propof. Epif. ad Rom.

lib. de prædest. 55. c. 3.

In Ep. Hil. ad Aug. & lib. expof. quarund. Propof. Epif. ad Rom.

lib. de prædest. 55. c. 3.

In Ep. Hil. ad Aug. & lib. expof. quarund. Propof. Epif. ad Rom.

lib. de prædest. 55. c. 3.

Denique nostrum esse quod credimus, Dei quod operamur. Quibus tam perspicue vera gratia operationis, charitatis, infusionis Spiritus Sancti, qua secundum perpetuam Augustini doctrinam, & sapius tum hic tum postea contra Pelagianos repetitam, Deus largitur opera, dando videlicet ipsa infusione Spiritus Sancti suavitatem in consentiendo, sicut Concilium Arausicanum loquitur, ut sine impudentia negari non posse videatur. Hinc est quod de Massiliensibus consequenter Augustinus hanc eorum sententiam esse, adeoque verba referat: Nos dicimus nostram Deum non præfuisse nisi fidem qua credere incipimus, & ideo nos elegisse ante mundi constitutionem ac prædestinasse, ut etiam sancti & immaculati gratiâ atque opere eius essent. Et quis est iste modus gratiæ & operis Dei quo immaculati sunt? Nempe ut fide suppositâ, Deus bene operandi gratiam daret, per quam animus paulatim magis magisque sanctus sit, & virtutum infusione immaculatus. Hoc enim de operibus ita proficitur apud Augustinum: Fides est à nobis, cetera à Domino ad opera iustitiæ pertinentia. De virtutum vero infusione alibi: Hac dona (virtutum) ut à Deo dentur ne-

bis, fides impetrat, qua incipit à nobis. Quibus attestatur Augustinus: Hac Dei dona sunt, inquit, id est, ut de alijs taceam sapientia & continentia. Acquisierunt & isti, neque enim Pelagiani sunt, ut adversus istam perspicuam veritatem dura & Hæretica perversitate contendant. Quamvis per illarum virtutum donationem, nihil aliud nec Augustinus nec Massilienses velint, nisi gratiâ operandi virtutum istarum opera, Deo donante concedi, sic enim virtutes illas à Deo dari asserunt, sicut fidem haberi à nobis: nempe quia voluntas operis inspiratur à Deo sicut voluntas credendi à nostra libertate proficitur. Vnde Augustinus cum de Massiliensibus dixisset, quod initium fidei & usque in finem perseverantiam (in fide) sic in nostra constituant potestate, ut Dei dona esse non puerit: modum explicando subiicit, neque ad hæc habenda atque retinenda Deum operari nostras cogitationes & voluntates: cetera vero, inquit, ipsam dare concedunt cum impetrantur credentis fide. Nempe operando nostras cogitationes & voluntates quibus rectè secundum virtutem quamque operamur, sicut nos ipsos cogitationes voluntatesque credendi præferre arbitrantur.

Non repugnat libertati talis gratia juxta Massilienses: & quare Recentiores cardinem difficultatum non videntes, multum in multis hallucinantur.

CAPVT XX.

ET ista quidem quamvis manifesta & extra omnem ambiguitatem posita sunt, tam operosa probatione confirmanda duxi ut nebulæ dispellantur, quas quidam perspicuæ veritati offundere conantur. ut Massilienses nullam veram & internam gratiam post fidem agnovisse persuadeant doctrinamque suam ab eorum placitis latissimo limite esse separatam. Ita vel falsissima de alijs credi malunt, & Prosperum, Hilarium, & Augustinum vel mendaces esse vel falsos quam suas præoccupatas opiniones vel in minimo suspectas esse vel corrigendas. Nam ex Faustulo omnium versutissimo atque deterrimo, & magis adhuc ex Cassiano qui singularem proflus opinionem tenuit, non rectè de ceteris Massiliensibus statui potest, præsertim cum indubitatas Prosperi, Hilarij & Augustini depositiones habeamus. Nam sicut singularis Cassiani opinio Faustulo nihil detrahit, nec Faustuli doctrina Cassiano, ita nec utriusque sententia primis Massiliensium placitis magnâ sollicitudine, doctissimorum virorum autoritate digestis ullum asserunt præjudicium.

Ex quibus etiam intelligi potest quam longe distideat à veritate id quod quidam existimant, omnem gratiam ex opinione Massiliensium repugnasse libertati: nec eos intelligere potuisse eundem actum esse posse à voluntate libera, & à gratia adiutorio necessario ad illam efficiendum.

Quæ quidem persuasio eo absurdior est, quod ipsi recentiores de illa loquantur gratia, cum qua operari potest homo si velit, quam agnovisse laudasseque Massilienses etiam in ipso initio fidei supra demonstravimus; sed non illâ tantum, verum etiam veram illam gratiam ab Augustino prædicatam, quam Christus ad roborandam sanandamque peccatoris infirmitatem suâ passione promeruit, eos post fidei initium agnovisse clarissimis testimonijs comprobavimus. Nec ulla inter Massilienses istos de libertatis everfione querimonia est, cum è contrario expresse dicant, libertatem suam ab hoc Dei auxilio iuvandam, si quod Deus mandat elegerit, hoc est, si tantum electio suæ voluntatis antecesserit. Quis enim dixerit juvari libertatē gratiâ, si gratia opprimit & extinguit libertatē?

Sed in hoc delusi sunt isti recentiores, quod verum cardinem difficultatum omnium quibus Massilienses in errorem abrepti sunt minus quam par esset, attenderint vel penetraverint. Nihil enim, ut supra fufius diximus, ita Massilienses in Augustini doctrina horruerunt quam quod suâ constitutione Deus humanas præveniret voluntates, ut quem ipse veller vas in honorem conderet, neque quisquam omnino posset auditâ prædicatione vel credere, vel de tanta infirmitate dolere, nisi cui à Deo etiam daretur ut velit reiectis ab hoc dono alijs pariter rejs, qui possent similiter liberari, si ea qua